



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXXIII. Markgraf Ludwig verleiht der Gattin Hasso's des Aeltern von Wedel
ein Leibgedienge, desgleichen der Gattin Wedeko's von Wedel, im Jahre
1341.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XXXIII. Markgraf Ludwig verleiht der Gattin Hasso's des Aeltern von Wedel ein Leibgedinge, desgleichen der Gattin Bedeko's von Wedel, im Jahre 1341.

Nouerint etc. Quod nos etc. Contulimus et presentibus conferimus honeste matrone Juthe, conthorali legitime Haffonis de wedel senioris, iusti et veri dotalicii nomine, ipsius in eo requisitionibus et instantiis annuentes, videlicet XL^o mansos sitos in villa dicta Prinzla, molendinum dictum Bozteri vna cum lacu sito ibidem, cum singulis et vniuersis ipforum pertinentiis, commodis, iuribus ad ea ex iure vel ex debito pertinentibus, et prout in nobis erat vel est, quoad vixerit, sine inquietatione qualibet perpetuis temporibus possidenda. In cuius etc. Testes hartmudus, magister, grifenberg et de Wedel cum ceteris.

Item consimilem litere precedenti, que Konegund, matrona wedekonis de wedel, de LX^o mansis sitis in villa nomine dotalicii. Testes vt supra.

Aus einem Copialbuche des Geheimen Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XXXIV. Markgraf Ludwig verleiht das Schulzenamt zu Gallies und setzt dessen Dienstverpflichtungen fest, am 12. Februar 1345.

Ludowicus — Recognoscimus — quod discreto viro Petro Swartzen suisque veris heredibus contulimus per presentes — pheudi iure conferimus officium prefecture in Calis cum IIII mansis ibidem et cum IX iugeribus, que dicuntur burgerlant, nec non tercium denarium in censu peticali cum omni iure et commodo, sicut ipsius petri antecessores dinoscuntur possedisse, salvo iure nostro et consuetudine nobis competenti in prefecture officio prenotato. Pro qua quidem collatione nostra sic facta prenotatus Petrus nobis cum II equis validis cum panceriis ad modum hastiferi sive sagittarii seruire debet, quandocunque in limitibus nostris Marchie fuerit requisitus. In cuius testes wolff, Hufener, Swiker, altman, magister coquine. Datum Landspersp noua, Anno XLV^o, feria sexta ante Inuocauit.

Aus der Steinwehrschen Urkunden-Sammlung der Breslauer Universitätsbibliothek. In der Diekmann'schen Sammlung des Geh. Staatsarchives fol. 92 ohne Datum. In Gerden's Codex ist das Document nach einem gleichzeitigen Copialbuche in folgender Form mitgetheilt:

Dominus contulit officium prefecture in Kalis Petro dicto Swarten cum omnibus iuribus, sicut ipsius antecessores tenuerunt. Pro qua collatione prenotatus petrus domino marchioni cum II equis valentibus cum panciro ad modum hastiferi sive sagittarii seruire debebit, quandocunque in limitibus terre marchie fuerit requisitus. Testes wolffstein, hufener, swyker, altman, magister coquine. Datum Landspersp, anno XLV^o, feria VI^a ante Inuocauit.